CASVS II.
DE
HÆMOPTYSI CVM METV HECTICÆ.

Hoch-Edler,

Inſonders hochgeehrter Herr Hofrath!

OB ſchon die Ehre nicht habe, Mhhl. Hofrath in Perſon zu kennen, per Renommée aber viel rühmliches von Dero groſſen Wiſſenſchafft und Dexterität mir ſagen laſſen, als habe mit gantz beſondern Vertrauen dieſen Auffſatz zuſchicken, und Dero Sentiment mir ſchleunigſt ausbitten wollen, von was vor innerlicher indiſpoſition eigentlich dieſes ſchon lange anhaltende Ubel ſeinen Urſprung genommen, und wie dieſer eingewurtzelte Zuſtand mit zulänglichen Mitteln möglichſt abzuhelffen ſeyn wird; Jch bin perſuadiret, daß die hieſige Doctores den Zuſtand nicht erkennen müſſen, auch alle bisherig gebrauchte Medicinen nicht anſchlagen noch zulänglich ſeyn wollen. Mein Hr. Vetter, den es betrifft, iſt abweſend, ſonſt würde Er ſich ſelbſten die Ehre gegeben haben, Dero Gutachten von Jhnen einzuholen, welches nochmahlen baldigſt recommendire. Vor alle mitgehabte Bemühung und willige Dienſtgefälligkeit werden Uns danckbar einſtellen, mit Verbleibung

Ew. Hoch-Edelgeb.

Meines hochgeehrten Herrn Hofraths

B. den 21. Febr. 1730.

dienſtverbundene

J. Freyin von S.

Hiſtoria morbi.

PLurimum reverendus & perilluſtris Dominus, ætatis annorum prope quadraginta quatuor, ſtaturæ & habitus corporis mediocris, temperamenti ſanguineo-ſeroſo-bilioſi, elapſo anno MDCCXXIX. tempore menſis Martii contraxit ſub diuturna aëris tunc rigidioris aſperitate affectum catarrhalem cum tuſſi, quæ quam moleſta frequenter & graviter de die erat cum magna concuſſione pectoris, & quadam circa illud gravitate, tam mitis erat per noctem ſub quiete & lecti calore; poſteaquam tuſſis hæc per plures continuaverat dies; in ſuccedente melius excretione humoris mucido-ſalivalis ſæpe obſervabantur intermixtæ ſanguinis ſtriæ: Verum circa medium menſis Aprilis inſperato acceſſit eruptio hæmoptoica, ſive ſpuitio ſanguinis, quæ licet notabilis fuerit, tamen brevi, eadem nempe die & quadrante ejuſdem horæ ſponte ceſſabat. Remanebat interim catarrhalis indiſpoſitio cum priſtina tuſſi, donec poſt factum ſemel celeriorem greſſum negotiorum cauſa, non procul quidem, ad anhelam tamen reſpirationem, rediit ſecunda vice ſanguinis ſpuitio, ſi non largiori, eadem ſaltem uti jam prius menſuranda quantitate, ita ut ſtrophium quo ſputum excipiebatur, a ſanguine tuſſi emoto totum non tantum tingeretur, ſed etiam portio quædam in terram rejiceretur, ceſſavit autem denuo brevi, & licet poſt unam vel alteram diem iter per multa milliaria conficeretur, attamen neque tunc ultra, neque in hodiernam usque diem quædam vel ſanguinei, vel flaveſcentis, vel alio præternaturali colore corrupti ſputi veſtigia apparuerunt, ſed ſola tuſſis a Menſe Martio usque ad finem Auguſti moleſtior, ſenſim dein remiſſior, nunc ferme per ſpatium anni ſic continuata in ſuo pergit curſu, cum crebra multi ſputi ſeroſo mucidi aut pituitoſi excretione, quæ tuſſis præſertim poſt tempus peractæ digeſtionis ciborum, uti bene obſervatum fuit, nimirum verſus nocturnum & ſub matutinum tempus notabilius moleſtat, ita quidem ut jam pluribus vicibus circa horam ſeptimam nocturnam cum tuſſi

tuſſi contigerit S, V. vomitus ſpontaneus cum rejectione multi humoris mucidi non quidem ſine levamine. Interim appetitus ad cibos, qui per tres ſeptimanas exiguus imo plane nullus fuerat, nunc ſatis bonus eſt; ſitis plane naturalis eſt, pro potu diu fuerant aquæ decoctæ pectorales, ſed cum languidior inde eſſet ſtomachus, & ſub potu aquarum deficeret magis appetitus, ſubſtitutus fuit potus vini albi aqua pane toſto correcta temperati, qui melius hucusque profuiſſe viſus eſt. Somnus a fine menſis Novembris ultimo elapſi ad medium usque Januarii aut plane nullus, aut per horarum intervalla graviſſimus fuit, ab illo tempore usque huc a potiori, non quidem ſolius tuſſis cauſa, interruptus & inquietus; reſpiratio ſub quiete eſt facilis, ſed dum in aëre libero verſatur perilluſtris Dominus, vel per gradus aſcendit, difficilior & anhela: ſub occurſu aëris frigidi ſicut facile horridulas patitur alterationes, ita & circa tempus veſpertinum vel nocturnum corporis debilitatem & laſſitudinem ingruentem non modo ſenſibilem obſervat. De reliquo quanquam nullus in toto corpore percipiatur dolor, etſi color faciei ſanus & naturalis ſit, tamen quædam ſenſim notabilis in vegeto alias corpore advertitur carnoſæ illius ſubſtantiæ imminutio aut depaſcentia: beneficium alvi ſicut prius a tempore præfatæ infirmitatis optimum ſemper erat, ita nunc frequentiſſima eſt conſtipatio; urina intenſius alioquin tincta nunc coloris eſt aurantii, etſi in libero aëre ſteterit, turbata valde ſedimentum deponit multum mucido chyloſum; hæmorrhagiam narium in juventute raro, poſtea nunquam paſſus eſt, ſic & neque de moliminibus hæmorrhoidalibus, minus de actuali fluxu ſenſit quid unquam. Venæſectiones tamen tempore vernali & autumnali præſervationis, & curationis cauſa, uti & laxationes omiſſæ non fuerunt: ſicut & remedia multa & varia, prout exigebat ſtatus morbi & neceſſitas, fuerunt adhibita, nempe antifebrilia, abſorbentia, nitroſa, pectoralia, diluentia, diſcutientia, abſtergentia, ſtomachica & ſimilia, eaque ſingula temperatiora, ſed nondum eo, qui hucusque quærebatur & ſperabatur ſucceſſu & effectu, futurum proſperet e Cœlo Numen, votumque ſecundet.

JVDI-

JVDICIVM MEDICVM.

QVod certæ temporum anni mutationes certos pariant morbos, eosque, qui vel ratione habitus corporis, vel temperamenti diſpoſiti magis ſunt, facilius alterent aut afficiant, ſicut iam olim agnovit primus Medicorum HIPPOCRATES *in libello aphoriſtico ſectione tertia, aphoriſmo ſecundo*, hæc addens: *naturarum hæ quidem ad æſtatem, hæ vero ad hyemen bene, maleve ſe habent*, ita & hodiedum re ipſa frequentiſſime obſervatur: Senſit talem in ſe alterationem auſteriori tempore elapſi anni MDCCXXIX. menſe Martio, plurimum reverendus, perilluſtris, & perquam gratioſus Dominus, dum ſub diuturna rigidioris aëris aſperitate, auræve inclementia contraxit affectum vere catarrhalem cum tuſſi, cujus cauſa antecedens vel diſpoſitiva videtur fuiſſe temperamentum ſanguineo ſeroſo bilioſum, & inclinatio quædam, vel proclivitas ad catarrhos; cauſa procartartica, ſive movens erat diuturna aëris intemperies ac rigor, a quo credibile eſt, non tantum imminutum fuiſſe debitum neceſſariæ transſpirationis opus, ſed & non leviter alteratas, & velut aſperatas vias ſpirabiles, unde humores lymphales & ſeroſi, ceu cauſa materialis intra ſtrues glanduloſas & tubuloſas gutturis, aſperæ arteriæ, aliarumque vicinarum partium collecti, indiſpoſitionem catarrhalem induxerunt, ita quidem, ut ab afflua humorum ſeroſo mucidorum ubertate, gravitati pectoris, a ſalſedine acri ſenſibiles fibrillas nerveas ac membranas ſtimulante, anſa fuerit data moleſtæ nimium tuſſi ac concuſſioni pectoris, qua occaſione natura, quæ cauſa tuſſis efficiens a multis dicitur, ſub majori ſolito fibrarum intenſione, ſub fortiori muſculorum pectoris ac diaphragmatis contractione, humores mucidos reſolvere, congeſtos diſcutere, intra glandularum anguſtias ſubſiſtentes propellere, per tubulos aut poros excretorios pluribus ſæpeque interruptis ſtricturæ vicibus velut exprimere, & frequentiori niſu concuſſorio excutere neceſſitata fuerit. Etenim ſicut, quousque illa moleſtum aliquid ſentit, præſertim circa teneriores & ſenſi-

ſenſibiliores aſperæ arteriæ, partiumque ſpirabilium vias, uti e. gr. luculenter patet in miculis rerum etiam tenuiſſimis, vel guttulis potus laryngem, & tracheæ ductum caſualiter illapſis eousque tuſſiculoſo niſu, motu pectoris concuſſorio inſurgit, nec quieſcit. donec res inſuetas vel moleſtas cum aere fortius exſpirato emoverit, exploſerit, par ferme ratio eſt cum humoribus intro quantitate vel qualitate has circa partes moleſtis: Quæ tuſſis, quam moleſta frequenter & graviter de die, tam mitis erat de nocte, nimirum ob meliorem ſub quiete lectique calore ſeroſæ cujusdam partis tranſpirationem, lymphæ mucidæ a calore attenuationem & leniorem aëris quietioris vel calidioris fibras minus ſtimulantis inſpirationem. Interim ſicut ſub frequentiori fortique tuſſiculoſa pectoris concuſſione ſputum largius ſenſim emotum ſuccedebat, ita ſub iteratis toties fibrarum pnevmonicarum, & muſculorum pectoris ſtricturis ſpaſticis, magnoque ac crebro concuſſionis niſu ſanguis in corpore eo ipſo plethorico verſus pulmones fluctuans, validius compulſus, intra vaſcula aggeſtus fuit, & lentiori undulavit motu, atque ſub quadam ſucceſſiva tunicarum dilatatione quædam ſenſim portio velut guttatim vaſorum oſculis elapſa per anaſtomoſin, uti vocant Medici intermixtas ſputo ſtrias ſanguineas conſtituit, donec circa medium menſis Aprilis a majori preſſione, congeſtione diſtentis plus ultra oſculis aut poris, vel rupto uno alterove vaſculo, vel ramulo, hæmoptoe, vel ſpuitio ſanguinis floridi ſpumoſi notabilis inſperato acceſſit, quæ cum brevi duraſſet, ſponteque die eadem ceſſaſſet, conjecturabile eſt, hiſcentiam vaſculorum, vel aperturam atu ruptionem non adeo magnam ſub quiete & diæta facile adductam & occluſam fuiſſe. Manſit vero catarrhalis indiſpoſitio, quia muciditas humorum nondum attenuata, ſalſedo correcta, congeſtiones reſolutæ erant, hinc eo facilius poſt factum ſemel celeriorem greſſum & motum ad anhelam usque reſpirationem auctum, aggeſto noviter ad majorem vaſorum turgeſcentiam ſanguine, recruduit notabilis hæmoptoe, vaſculis prius læſis, necdum ſat conſolidatis, aut aliis denuo hiantibus, quæ tamen vel

remediorum ope, vel ipſius naturæ bonitate, brevi rurſum moderatione reſtricta fuit. Et mirum eſt, quod negotium ſanitatis ſine inſigniori interius labe viſcerum poſthac ſucceſſerit, bonumque eſt, quod in hodiernam usque diem nulla vel ſanguinei, vel flaveſcentis, vel alio præternaturali colore corrupti ſputi apparuerint veſtigia, cum doceat HIPPOCRATES *ſectione quarta aphoriſmo* 24. ſanguinem ſupra ferri qualiſcunque ſit malum, item quod a ſanguinis ſputo, puris ſputum, a puris ſputo phthiſis; quæ malæ conſequentiæ, licet gratia Dei, & providentia naturæ usque huc emanſerint, reſtabat ſaltem tuſſis a menſe Martio usque ad finem Auguſti moleſtior, ſenſim dein remiſſior, nunc ferme per ſpatium anni continuata in ſuo pergens curſu, quoniam, licet vis & impetus congeſtionum mitigaretur, evaſatio ſanguinis ulterior emaneret, corruptiva parenchymatis, aut ſubſtantiæ pulmonum infirmitas, aut labes quædam averteretur, immanebat ſaltem ſub diuturna nimis tuſſi aliqua circa glanduloſas partes laxitas, circa fibroſas atonia, in ſero autem ac lympha mucoſitas, & ſalſedo non ſatis attemperata ac correcta, unde frequens adhuc multi ſputi pituitoſi excretio videtur hactenus perſeveraſſe; quod autem tuſſis poſt peractum tempus digeſtionis ciborum plus minus adhuc moleſtaverit, ita ut jam pluribus vicibus circa tempus nocturnum cum tuſſi contigerit vomitus ſpontaneus, videtur cauſa originalis magna quoque parte a ſtomacho, ejusque vicinia dependere, quatenus chylus mucido crudior poſt tempus digeſtionis ſanguini infuſus non ſolum aliquam in eo inteſtino motu turbationem concitare poteſt, ſed & quatenus portio ejus lymphatica vel ſeroſa intra glandulas partium ſpirabilium, ductusque cibarii delata, ſenſimque noviter congeſta, iteratas ſemper ad tuſſim irritationes cauſare ſolet, ſic & a ſalſedine per moleſtiorem & profundiorem pectoris & diaphragmatis concuſſionem tracto in conſenſum ſtomacho vomitum, non tamen ſine levamine; quod & urina in calore diu rubicundior, ſenſim vero dum in aëre libero ſtetit, turbidior facta in ſedimento mucido-chyloſo albicante copioſis ſalinis mi-

culis

culis intermixto ad ocularem pluribus vicibus inſpectionem declaravit & confirmavit. Quare tuſſis tam diuturna ſtomachico-pectoralis ſic complicata nominari poſſet, ſtomachalis ex rationibus prius allegatis, pectoralis ex paſſa quondam hæmoptoe & indiſpoſitione catarrhali circa vias ſpirabiles maxime obſervata, eo magis cum plurimum reverendus, perilluſtris, ac perquam gratioſus Dominus adhuc nunc ſub aſcenſu per gradus difficiliorem & anhelam ſentiat reſpirationem; Teſtata ſunt originalem ex ſtomacho vel vitio chyli cauſam tuſſis tam diuturnæ paſſa per plures ſeptimanas ciborum nauſea & inappetentia, potuum aquoſorum non facilis tolerantia, & perceptus inde ſtomachi languor, faciles ſub occurſu aëris frigidi, item veſpertinæ alterationes horridulæ, ceu febriformes pedum, genuum, totiusque inferioris ſolum ventris debilitates, & laſſitudines non parum ſenſibiles, & carnoſæ vegeti alias corporis ſubſtantiæ imminutio notabilis &c. quatenus hæc omnia videntur fuiſſe & eſſe ſymptomata, aut conſectaria ob malam diſpoſitionem humorum chyli, & præſertim lymphæ non ſatis fluidæ, ſubdulcis, roridæ, leniter humectantis, nutritiæ.

Quare juſta eſt ſolicitudo, ne affectus hic catarrhalis tam diuturnus habituetur, radicetur, & quanquam de præſenti metuendus non ſit, de futuro ſaltem ſub perſeverantia, aut accidentali, quod Deus ter optimus avertat, ingraveſcentia degenerare poſſet in hecticum, cum notabilis hactenus ſubſtantiæ corporis imminutio obſervata fuerit, ſic melius ſit prævenire, & obſtare principiis, cum ſumma etiam non noceat cautela.

RESPONSIO CONSVLTATORIA.

Hoch=Wohlgebohrne,
Gnädige Freyin!

Ew. Gnaden hochgeehrtes Schreiben de dato den 21. Febr. habe erſt den 13. Martii erhalten, und weiß nicht wie es zugangen,

daß der Brief faſt drey Wochen unter Wegens geblieben, hoffe daher auch, Dieſelben werden nicht übel deuten, daß mein Devoir in Antworten nicht eher obſerviren können. Inzwiſchen habe ich den beygelegten und von dem Medico ordinario zu Papier gebrachten Caſum fleißig durchgeleſen und reifflich überleget; und ob zwar dieſe hiſtoria morbi gar ordentlich und deutlich referiret worden, ſo hätte ich doch gerne geſehen, daß noch einige Meldung darinn zu finden geweſen wäre, was vor eine Lebens-Art, ſich der Sr. Patient vor dieſen bedienet, abſonderlich, ob er viele Exceſſe im Weintrincken begangen? ob er Sorge und andern Gemüths-affectibus unterworffen geweſen? ob er mehrere Zeit gegen den Herbſt und Früh-Jahr Huſten und Flüſſe gehabt? ob, als vor dem Jahr, im Martio, Er von rauher kalter Lufft zum erſten mahl den Huſten und Flüſſe bekommen, er zuvor die Ader gelaſſen, oder nach derſelben Zeit oder ob ſolches auch ſonſt im Herbſt geſchehen? Denn ſo viel ich aus der beſchriebenen Conſtitution und Beſchaffenheit der Maladie urtheilen kan, ſo findet ſich bey den Herrn Patienten ein Uberfluß des Geblüts, und weil die Ader nicht zeitig genung im Früh-Jahr geöffnet worden, ſo iſt durch die Erkältung in der rauhen Lufft, das Geblüt und andere Feuchtigkeiten nach der Bruſt und Haupt getrieben worden, und hat nicht allein den Huſten und Flüſſe, ſondern auch die hæmoptyſin verurſachet. Wie dann dergleichen hæmoptyſis ſimplex, die aus einem hefftigen Trieb des Geblüts gegen die Bruſt und daher eröffneten Blut-Gefäſſen, wann man bey einem blutreichen Menſchen nicht genugſam oder zeitig die Ader öffnet, öffters durch ſtarcke Erkältung, oder Bewegung, gar leicht, doch ohne Gefahr, wenn ſie recht tractiret wird, entſtehen kan, gleichwie denn auch ſolche bey den Herrn Patienten, nachmahls von ſich ſelbſt ceſſiret. Allein mich wundert nun, daß nach derſelben Zeit der beſchwerliche Huſten und Auswurff eines dicken Schleims, das gantze Jahr durch faſt immer angehalten, und je länger er gedauret, deſto ſchlimmer geworden; und iſt anietzo ein ſehr ſchwacher und verderbter Magen, nebſt einer üblen Digeſtion der Speiſen dazu gekommen; wodurch denn nicht allein der Auswurff nach der Dauung ſtärcker worden, ſondern auch öffters Erbrechen, ſich dabey befindet, wobey

wenig und beſchwerlicher Schlaf und Abnehmung der Kräffte und des Fleiſches ſich findet; daraus zu ſchlieſſen, daß das malum ziemlich eingeriſſen und deſto ſchwerer zu curiren, ja zu beſorgen, daß ein ſchweres hectiſches Fieber, wie es ſchon das Anſehen hat, mit mehrerer Abnehmung der Kräffte erfolgen möchte. Denn weil der Trieb der Feuchtigkeiten nach der Bruſt nicht gehemmet, und herunter gezogen worden: ſo iſt nunmehro die gantze Subſtanz der Lungen ſo debilitiret und geſchwächet, daß die Feuchtigkeiten daſelbſt ſitzen bleiben und zu beſorgen, daß eine Corruption daraus entſtehen möchte. Es ſcheinet aber, daß der Hr. Patient beym Anfange dieſes Huſtens ſich nicht allzuwohl nach der Diæt verhalten, da doch wenn dergleichen Huſten vergehen ſoll, derſelbe weder Bier, noch Wein, auch nicht das Waſſer mit Wein, vielweniger groſſe Bewegungen und Veränderung der Lufft, ja im geringſten nicht Erkältung leidet. Nebſtdem iſt, wenn man dieſe maladie loß werden will, nöthig, daß durch laxantia, darunter mannata und rhabarbarina die beſten, der Zufluß nach der Bruſt abgezogen werde, und hingegen wenig ſogenannte pectoralia, die den Magen mehr verderben, ſondern gelinde aromatica gebrauchet werden. Wenn ich nun mein ſentiment, wie etwa die Cur künfftig anzuſtellen, frey eröffnen ſoll; ſo vermeyne ich, daß man vor allen Dingen dahin ſehen müſſe, daß der Leib geöffnet, der Magen geſtärcket, der innerlichen Hitze geſteuret, und die Bruſt von dem vielem Schleim befreyet werde. Hiezu will dann ein gewiſſes Magen Elixir, das zugleich laxiret, vorgeſchlagen haben, davon das Recept ſub lit. A. beygehet, von welchen zwey bis drey Löffel mit dem ordinairen Tranck zu nehmen, darauf Suppe und gelinde Speiſen zu eſſen, und kan ſolches acht Tage continuiret werden. Zum andern muß der Hr. Patient ſtatt des Biers und ordinairen Trancks ein gutes Decoct trincken, welches gleichfalls im Recept ſub lit. B. beygehet, und Species ſind, davon jedesmahl vier Loth abzuwiegen, und in drey Maaß Waſſer drey Viertel Stunden zu kochen, davon kan der Hr. Patient ſo viel als er will, trincken, es darff aber kein Rhein- und Francken-Wein, ſondern wenn der Magen zu ſchwach, etwas von Ungerſchen, oder Burgunder-Wein dabey getruncken werden. Auſſer dieſen rathe, daß der Hr. Patient von dem

ſub

ſub lit. C. beygehenden Kräuter-Thee mit der Helffte oder den dritten Theil Milch vermiſcht, einige Schälgen trincke: des Abends vor Schlaffengehen aber vier bis fünff Stück von den ſub lit. D. kommenden Pillen nehme. Solte er innerliche Hitze verſpüren, ſo iſt von einem niederſchlagenden Pulver, da auf die doſin ſechs Gran nitri beygemiſchet, des Abends vor Schlaffengehen zu nehmen, und alsdenn die Pillen wegzulaſſen. Uberhaupt endlich werden die gegenwärtigen Herrn Medici die Diæt und das Lebens-Reglement gehörig einzurichten wiſſen, und erinnere ich nur dieſes, daß der Leib in beſtändiger egaler Wärme zu halten, auch in temperirter Lufft gelinde zu bewegen ſey. Solte aber durch dieſe Mittel und auf dieſe Weiſe, der Hr. Patient ſich nicht beſſern wollen, will inſtehendes Früh-Jahr zu einer Cur von Selter-Brunnen mit Eſels-Milch rathen, und alsdenn auf gegebene Nachricht, wie ſolche einzurichten, eine völlige Inſtruction ertheilen. Der ich übrigens vor die gute Confidence Ew. Hochwohlgeb. mich höchſt verbunden erkenne, zu allen heilſamen Vorſchlägen göttl. Seegen wünſche und mit-ſchuldigſten Reſpect beharre

Ew. Hochwohlgeb.

Meiner gnädigen Fräulein

Halle. den 15. Martii
1730.

gehorſamſtergebner
F. H.

Lit. A.

Recipe rhabarbari electi unciam, mannæ electæ duplum, foliorum ſennæ, agarici utriusque drachmas tres, terræ foliatæ tartari, extracti cardui benedicti ſingulorum drachmas duas, nitri drachmas duas ſemis, olei fœniculi, ligni ſaſſafras ana gtt, XII. affunde aquæ ceraſorum nigrorum libram, ſpiritus vini aniſati tantundem, digerantur & ſolvantur leni calore. D.

Lit. B.